



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De pugna Ecclesiæ & fidelium. tit. 255

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

non eris. Responde ad primum: aliena sunt, quæ ~~ha~~
relinquo. Domini est terra, Psalm. 23. Relinquo enim
plus malorum, quam si superuixerim, facere possem
bona: longè etiam maiora & plura bona, accipiam
propter Christum, quam hic relinquo: amicioris mei
me breui sequentur, & ad iucundiores amicos prope-
ro quam hic relinquo, ad angelos, ad omnes sanctos,
cœli ciues. Ad secundum, pius Deus medetur, ut cle-
mens medicus & benignus pater, qui filium, quem
diligit, castigat, Prover. 3. multo maiora bona accepi
ab eo, quam mala, quæ perfero, & cur non perferam,
qui fui inobediens seruus? Luc. 12. Seruus sciens Do-
mini voluntatem, &c. Clementie ergo signum sunt
cruciatus, &c. Ad tertium: Tu sathan calumniator es,
non iudex, sed ipse damnatus. Christus constitutus est
iudex, Act. 10. & dicit, qui credit, non iudicatur, Io. 3.

Hebr. 12.

Quarto, quando sathan non potest terrore seduce-
re, ad blanditias sese conuertit: & primò suggestit,
multa bona fecisti, dignus es misericordia & extera
beatitudine, credidisti in Christum, non poteris dam-
nari. Tot annis in monasterio seruisti, id est non po-
test te Deus damnare, Nam dicit Matt. 25, Esurii, &
dedistis mihi &c. Responde, si quicquam boni operis
à me profectum est, Domini est, non meum: ego solus
instrumentum fui, Isa. 26, omnia opera nostra &c. et.
Nulla est mea operum dignitas. Tu operatus es om-
nia secundum gratiam tuam in nobis, & remuneras
dona tua per tuam misericordiam, id est, Christum.
Ego agnosco meam indignitatem, & nihil scio nisi
Christum, & hunc crucifixum, I. Cor. 4. In manus igit
tur Dei commendo Spiritum meum: oro quoque Do-
minus meum Christum, ut conseruet, ne intremet
tentationem, Matt. 6.

*DE PUGNA ECCLÆSIAE
& fidelium.*

TITV.

PRIMÙ, Christus inquit omnibus fidelib.
Ioan. 16. In mundo pressuram habebitis,
in me autem pacem. Ab initio Ecclesiæ
fuerunt duo genera hominum, fideles
& infideles, quæ incipiebant ab Abel &
Cain, Gen. 4. & erat inter eos pugna donec vixerunt.
Sic omnes Saraceni, Turci, Gentes & Iudæi exoslos
habent Christianos, donec vixerint. Nam reputant
erucem Christi scandalum & stultitiam, 1. Cor. 1. quā
nos credimus nostram virtutem, contra peccatum,
mortem & Sathanā. Est enim virtus Dei in Euange-
lio, Roma. i. ad salutem omni credenti. illos habebi-
mus inimicos vsq; ad diem nouissimum.

Secundò, ab initio nascientis Ecclesiæ fuit pugnā
inter catholicos Christianos & haereticos, & erit vs-
que ad nouissimum diem, id enim præfiguratū suit
in duobus gemellis, qui in vno vno Rebeccæ pugna-
bant. Sic illa sub vna fide Christi & Ecclesia. Sic ager
optimè seminatus, Mat. 13. superseminatur ab homi-
ne inimicō, id est, haeretico. Sic sub vno patre Abra-
ham, Isaac & Ismael, Gen. 21. fit persecutio, Gal. 4. Sic
Iudæi boni in futurū Christum sperantes, semper ha-
bebant bellum vsq; ad aduentum Christi, i. Machab. 1.
vbi Rex Antiochus voluit deletere fidem Iudaicam &
ceremonias, &c. Sic nos habebimus pugnam cum he-
reticis vsq; ad diem nouissimum, & secundum Chri-
sti aduentum, ob id admonemur ad constantiā Matt.
24. Qui perseverauerit &c.

Secundò, sicut tunc fiebant conciones in populo
pro constantia à Matathia & ceteris: sic hodiè admo-
nemur, ne credamus detrectatoribus, qui iterum re-
ducere nos volunt in Aegyptum, id est, in pristinos
errores, Numer. 14. Sic enim prædicatores proposue-
runt populo: mementote patrum, qui in constantiā
coronati

570 SVMMA DOCTR. CHRIST.

coronati sunt. Abrahæ constantia sibi ad iustitiam reputatur, Genes. 22. Iosephus timore Dei, nè frangret præceptum, ilicò exaltatur, Genes. 41. Zelus Phinees pro veteri religione accipit testamentum aet. num, Num. 25. Iosue & Caleph testificantes ventem, acceperunt ingressum terræ sanctæ, Num. 14. Dauid in misericordia consecutus est regnum, 1. Reg. 24. Heliæ zelus pro lege Domini ducit in celum, 4. Reg. 2. Ananias, Azarias, Misael credentes, in flamma ignis conseruantur, Dan. 3. & Daniel ipse in lacu leo. num, Daniel. 6. & 14. Hoc mementote fratres & pugnate viriliter, &c. 1. Machab. 2. Haec fuit concio anti quorum tempore schismatis seu aduersitatis.

Tertiò, sic nos iam primò proponimus populo, ut cogitét hæc tempora & schismata prædicta à Christo, Matth. 24. ab Apostolis, Actorum. 20. 2. Pet. 2. 21. Christus. Matth. 7. Attendite à falsis prophetis &c. Subinde proponimus Ecclesiam veterem, & illorum doctores, Augustinum, Cyprianum, Tertullianum, &c. qualiter illi dimicarunt contra hæreses. Tertiò, proponimus totam & vniuersalem Ecclesiam, nè quis ab illa se separet, alioqui non saluabitur. Gal. 5. Sectæ, &c. illa probat spiritus, 1. Ioann. 4.

DE STATV ECCL ESIAE
in nouissimis temporibus.

TITVLVS CCLVI.



RIMÒ, Apostolus 1. Timoth. 4. inquit: Spiritus manifestè dicit, quod in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, id est, catholica Ecclesia, quidam, dicit: non, omnes: Nam fides Petri manebit, Lu. 22. propter Christi petitionē: Ego rogaui pro te, &c. Sic erit discessio à Romano imperio, nō omnes tamē discedent, sed quidam, Erit eam tā fides catholica, quā Romanum imperium, vñq; al